

Kapsel 78 N 12 [84]
X 300 8338

CVM

VIRO MVLTVM REVERENDO,
AMPLISSIMO DOCTISSIMOQVE DOMINO,

DOMINO
ISAACO BIRK-
HOLTZIO,

PASTORI IN ECCLESIA, QVÆ BVRGSCHEIDINGÆ ET DO-
RENDORFII EST,

LONGE MERITISSIMO,

AVO SVO

ÆTERNO OBSEQVII CVLTV EXCIPIENDO,

IVSTA

DIE 7. MARTII ANNO MDCCXXVI.

SOLENNI COMITATV

PERSOLVERENTVR,

FILIALEM, QVÆ IPSI INCVMBIT, PIETATEM,

HIS IPSIS TESTATAM FACERE VOLVIT,

DEBVI,

NEPOS IPSIVS OBEDIENTISSIMVS

CHRISTIAN. ADAM. BIRKHOLTZIVS,

LL. STVD.

MERSEBVRGI,

TYPIS GOTTSCHICKIANIS.



Kapsel 78 N 12 [84]

AK



Vneribus multis equidem ma^{ct}are Je-
hova

Suevit eos, ipsum qui pietate colunt.

Hæc inter vero primum summumque puta-
mus,

Plurima lustra piis si numerare datur.

Numinis effato præclara corona Senectus.

Natos natorum cernere, Magna salus.

Scilicet hos solum dignatur munere tanto,

Insignes ornant quos pietatis opes.

Comprobat id Scriptura quidem, certissima nor-
ma.

Quis nescit, iustum consenuisse Noam?

Non minus & senio vigit grandævus Ifacus,

Annorum numero qui decoratus erat.

Tales imprimis his impertitur honores,

Qui solide tractant dogmata sancta Dei.

Hi quoniam rectæ prælucent lumine vitæ,

Exemplarque suis religione ferunt.

Quæ quia DEFUNCTVS semper vestigia pressit,
Eius & infecit cana senecta comas.

Is fuit in vita nulli pietate secundus,
Et coluit pura simplicitate Deum.

Omne dedit studium, pedibus manibusque la-
borans,

Solvat ut à mundo credita corda sibi.

Nil magis acceptum fuit ac iucundius Ipsi,
Quam secum salvum reddere posse gre-
gem.

Ast hæc vita velut, si vel mollissima, multis
Subjicitur morbis, casibus atque malis;

Præmia sic etiam celsi moderator Olympi
Proposuit multo nobiliora piis.

Scilicet ut iusti post ultima stamina vitæ
Æterna possint prosperitate frui.

Qua quoque iam fruitur DEFUNCTVS forte
beata,

Oræ cœlestis splendida regna tenens.
Hunc Deus à pugna lauro victrice coronat,
Atque animam fatiat fonte perennis a-
quæ.

Induit is faciles gaudenti pectore vultus,
Et placida recreat membra quiete sua.

Hinc faustam sortem non invidemus Eidem,
Huius enim iubilat mens super axe poli.

Fata premunt omnes. Est felicissimus ille,
Quem tali pacto mergit acerba dies.

Interea tamen esse PATREM mihi morte perent-
tum

Conqueror , & lacrymas vix cohibere
licet.

Nam me sincero complectebatur amore,
Atque meis studiis Ancora semper erat.

Salve SANCTE SENEX , quo non præstantior
alter

Moribus antiquis aut pietate fuit.

Quæ TIBI pro meritis tantis præconia solvam?
Exsuperant laudes carmina nostra Tuæ.

Ne tamen ingratos inter numeremur amicos,
Vel tenui liceat spargere busta modo;

Spiritus hic noster prius extenuetur in auras,
Quam benefactorum non memor esse velim.



Kapitel 78 N 12 [84]
X 300 8338

CVM

VIRO MVLTVM REVERENDO,
AMPLISSIMO DOCTISSIMO QVE DOMINO,

DOMINO

ISAAC BIRK-
HOZIO,

PASTORI IN ECCLESIA SEPARATIONIS ET DO-

ETERNI


DIE

FILIALEM
HIS

CHRIST

TY

Kap



CHEIDINGÆ ET DO-

PIENDO,

XXVI.

V

NETATEM,
OLVIT,

ITZIVS,

IS.

AK

